δημοσια· μονότη μὴ οὖν χαλεπὸς ὁ βίος· οὐ ῥᾴδιον γὰρ καθ' αὑτὸν ἐνεργεῖν συνεχῶς· μεθ' ἑτέρων δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς, ῥᾷον. ἔσται οὖν ἡ ἐνέργεια συνεχεστέρα, ἡδεῖα οὖσα καθ' αὑτὴν, ὁ δεῖ εἶναι τὸν μακάριον εἶναι· ὁ γὰρ ἀπουσιάζων, ἢ ἀπουσιάζων, πῶς κατ' ἀρετὴν πράξειν χαίρει, πῶς δὲ ὑπὸ κακίας διεφθαρμένος καθάπερ ὁ μουσικὸς τοῖς καλοῖς μέλεσιν ἥδεται, ὅταν ᾖ τοῖς φαύλοις λυπῆται. χρήσιμον δὲ καὶ ἀσκησίς τις τῆς ἀρετῆς ἐν τῷ συζῆν τοῖς ἀγαθοῖς, καθάπερ καὶ Θέογνις φησὶν. βελτίωτερον δ' ὅταν σκοπούσιν ἔοικεν ὁ ἀπουσιάζων φίλῳ τῷ ἀπουσιάζοντι, τῇ φύσει αἱρετὸς εἶναι· τὸ γὰρ τῇ φύσει ἀγαθὸν, εἴρηται ὅτι τῷ ἀπουσιάζοντι ἀγαθὸν καὶ ἡδὺ ὅτι καθ' αὐτό. τὸ δὲ ζῆν ὁρίζονται τοῖς ζώοις δυνάμει αἰσθήσεως· αἰσθήσεις δὲ, αἰσθήσεως, ἢ νοήσεως· ἡ δὲ δύναμις, εἰς τὴν ἐνέργειαν ἀνάγεται. τὸ δὲ κύριον, ἐν τῇ ἐνεργείᾳ· ἔοικε δὲ τὸ ζῆν εἶναι κυρίως τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ νοεῖν. τὸ δὲ ζῆν, τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν καὶ ἡδέων· ὡρισμένον γάρ· τὸ δὲ ἀόριστον, τῆς τἀγαθοῦ φύσεως· τὸ δὲ τῇ φύσει ἀγαθὸν, καὶ τῷ ὅτι πεπεικεῖ. διόπερ ἔοικε πᾶσιν ἡδὺ εἶναι. οὐ δεῖ δὲ λαμβάνειν μοχθηρὰν ζωὴν καὶ διεφθαρμένην, οὐδὲ ἐν λύπαις· ἀόριστος γὰρ ἡ τοιαύτη, καθάπερ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῇ. ἐν τοῖς ἐχομένοις δὲ περὶ τῆς λύπης ἔσται φανερώτερον. εἰ δὲ αὐτὸ τὸ ζῆν, ἀγαθὸν καὶ ἡδύ· ἔοικε δὲ καὶ ἐν τῷ παύσασθαι ὁρέγεσθαι αὐτοῦ· καὶ μάλιστα τοῖς ὀπτικοῖς καὶ μακαρίοις· τούτοις γὰρ ὁ βίος αἱρετώτατος, καὶ ἡ τούτων μακαριωτάτη ζωή· ὁ δὲ ὁρῶν, ὅτι ὁρᾷ· αἰσθάνεται· καὶ ὁ ἀκούων, ὅτι ἀκούει· καὶ ὁ βαδίζων, ὅτι βαδίζει· καὶ ὅτι περὶ ἄλλων ὁμοίως, ἔστι τι τὸ αἰσθανόμενον, ὅτι ἐνεργοῦμεν. αἰσθανόμεθα δὲ καὶ, ὅτι αἰσθανόμεθα· καὶ νοοῦμεν, ὅτι νοοῦμεν· τὸ δὲ, ὅτι αἰσθανόμεθα, ἢ νοοῦμεν, ὅτι ἐσμέν· τὸ γὰρ εἶναι αἰσθάνεσθαι, ἢ νοεῖν· τὸ δὲ αἰσθάνεσθαι ὅτι ζῇ, τῶν ἡδέων καθ' αὑτὸ φύσει· γὰρ ἀγαθὸν ἡ ζωὴ· τὸ δὲ ἀγαθὸν ὑπάρχον ἑαυτῷ αἰσθάνεσθαι, ἡδύ· αἱρετὸν δὲ τὸ ζῆν, καὶ μάλιστα τοῖς ἀγαθοῖς, ὅτι τὸ εἶναι ἀγαθὸν ἐστιν αὐτοῖς καὶ ἡδύ· συναισθανόμενοι γὰρ τῷ καθ' αὑτὸ ἀγαθοῦ, ἥδονται. ὡς δὲ πρὸς ἑαυτὸν ἔχει ὁ ἀπουσιάζων, καὶ πρὸς τὸν φίλον· ἕτερος γὰρ αὐτὸς, ὁ φίλος· ὅτι καθάπερ

A oportere existimant. at solitatio difficilis vita est: non est enim facilè per seipsum assiduè operari, cum aliis verò, & ad alios facilius. operatio igitur quę magis erit cõtinua, iucũda per seipsam erit. id quod circa beatũ esse oportet. Probus. n, vir, quatenus est probus, sicut ex virtute proficiscentibus actionibus gaudet: ita eas molestè fert, quæ ex vitio existunt: non secus atq. musicus pulchris modulationibus oblectatur, praviis offenditur. Adde quòd ex conuictu cum bonis, exercitatio etiã quædam virtutis efficeretur: quemadmodum quoque Theognis inquit:

B

A iustis disces bona: si versabere amico
Cum prauo, amittes mens bona siqua tibi est.

Si etiam naturalius consideremus, probus amicus probo esse natura expetendus videtur. quod enim natura bonum est probo viro bonum & iucundum esse iam diximus. Viuere autem ipsum definiunt & potestate sensus animalibus, hominibus sensus & intellectionis. potestas verò in operationem reducitur. at in operatione id quod præcipuum est, consistit. viuere autem nihil aliud esse, quàm sentire vel intelligere præcipuè & propriè videtur. sed viuere ex iis est quæ bona & iucunda sunt. Definitum enim est, quod autem est definitum, ex boni natura est: quod verò natura est bonum, probo viro etiam bonũ est: atque idcirco iucundum esse omnibus videtur. Non debemus autem prauam vitam & corruptam, in doloribúsque constitutam sumere: ea enim indefinita est, non secus atque ea quæ in ipsa insunt. Ac de dolore quidem in sequentibus planiores efficietur. Quòd si viuere ipsum est bonum, iucundum quoque est: quod ex eo etiam videtur, quòd omnes id appetunt: & præcipuè probi viri, & beati. his enim vita maximè est expetenda: ipsorũm q. vita beatissima est. Qui autem videt, se videre sentit & qui audit, se audire: & se ambulare, qui ambulat: atq. in aliis simili modo quiddam est quod sentit nos operari. sentire verò possemus nos sentire, & intelligere nos intelligere. nos sentire autem vel intelligere, nihil aliud est quàm nos esse: esse enim sentire vel intelligere erat, at sentire se viuere ex iis est quæ per se sunt iucunda: vita enim natura bonũ est: bonum verò sibi inesse sentire est iucundum. viuere autem expetendũ est & præcipuè bonis: propterea quòd esse bonum ipsis, & iucundum est. consentientes enim id quod per se bonum est, lætitia afficiuntur. Cæterùm sicut erga se ipsum, ita erga amicum affectus est probus vir: alter enim ipse est amicus. quemadmodum

C

D

E

F